Sermo Chriſti in hoc Evāgelio παιδευτικὸς eſt: Materia itaque ſubjecta probè obſervanda venit, tùm

- 1. Perſonæ ad erudiendum, ſuſceptæ. Hæc deſcribitur in genere demonſtrativo, ab
  - 1. Ordine Profeſſionis: Erat Phariſæus, v. 1.
  - 2. Nomine: Nicodemus q. d. victor populi, Sigmund.
  - 3. Dignitatis eminentiâ: Princeps Judæorum.
  - 4. Reb. geſtis, Hoc eſt laudabili, tùm
    - 1. Facto: Convenit enim JESUM noctu, cum interdiu non liceret, φιλαληθείας καὶ φιλομαθείας ἕνεκα, v. 2.
    - 2. Dicto, cujus tres ſunt partes:
      - 1. Exordium εὐνοϊκὸν Rabbi v. 2. quem honoris titulum Diſcipuli ſuis Præceptoribus tribuebant.
      - 2. Propoſitio: Scimus te, &c. id eſt, Meſſiam eſſe, v. 2.
      - 3. Confirmatio à ſigno Miraculorum, ibid. Hinc enim agnitum iri Meſſiam Prophetæ prædixerunt. Eſa. 35. &c.
- 2. REI. Agitur autem de Mediis ſive Organis per quæ Regnū DEI ingredi oporteat. Hæc duplicia eſſe monſtrantur. Reſpectu
  - 1. DEI, Generatio illa è ſupernis, ſive Baptiſmus noſter. Tractatio prioris hujus Organi Divini pl. membris cōſtat, quorū eſt
    - 1. Propoſitio hypothetica, iteratâ jurandi formulâ præmunita: Amen, amen, &c. ἄνωθεν deſuper &c. v. 3.
    - 2. Declaratio hujus
      - 1. Occaſio, fuit θαυμασμὸς (v. 7.) ille Nicodemi ἐρωτηματικὸς, quo ἐκ τοῦ ἀτόπου καὶ ἀδυνάτου ἀπαιδεύτως colligendo, in dubium religioſam illam Chriſti affirmationem vocare haud erubuit, v. 4.
      - 2. Forma, ſeu verba formalia, v. 5.
    - 3. Confirmatio. Factâ namq; carnis & ſpiritus nec non effectus utriusq; antitheſi, probat Generatione illâ ſpirituali, maximoperè opus eſſe, v. 6. (vide 1. Cor. 15, 50. Rom. 8, 5. 6. 7. 8.)
    - 4. Illuſtratio, quâ Nicodemo admirationis ſcrupulū elegāti ſimili à vento eximit, qui licet nec videatur nec ſciatur, unde veniat, vel quò vadat, aures tamē feriat. Sic non cerni quidem Regenerationem animadverti tamen in Renatis ex Spiritus Operatione poſſe. v. 7. & 8. Hic
      - 1. Nicodemus inſtat τὸ πῶς τοῦ πῶς denuò quæritando, v. 9.
      - 2. Chriſtus ipſi, jure merito exprobrat, &
        - 1. Turpem Principij Theologiæ & Magiſtro Iſraelitico minimè cōvenientem Ignorantiam, v. 10.
        - 2. σκληροκαρδίαν Phariſaicam, quam
          - 1 Signo manifeſto probat: quod viſa & cognita referentibus fidem nō habeant v. 11.
          - 2. Ex effectu exaggerat per comparationē minoris cum majore, v. 12
  - 2. Noſtri, Fides in Chriſtum crucifixum. Attendatur itaq; Fidei tùm
    - 1. Objectum Chriſtus
      - 1. Θεάνθρωπος, omnipotens. Nemo aſcendit in Cœlum, &c. v. 13.
      - 2. Isq; crucifixus: quod typicè innuitur, v. 14.
    - 2. Finis, qui eſt vita æterna; Ut omnis qui credit, non pereat, &c. v. 15.